DE

STOBAEI FLORILEGII

EXCERPTIS BRUXELLENSIBUS

SCRIPSIT

OTTO HENSE

FRIBURGI IN BRISGAVIA ET TUBINGAE
IN LIBRARIA ACADEMICA J. C. B. MOHRII
(P. SIEBECK)
MDCCCLXXXII.

Ueberreicht vom Verfasser.

DE

STOBAEI FLORILEGII

EXCERPTIS BRUXELLENSIBUS

SCRIPSIT

OTTO HENSE

FRIBURGI IN BRISGAVIA ET TUBINGAE
IN LIBRARIA ACADEMICA J. C. B. MOHRII
(P. SIEBECK)
MDCCCLXXXII

STOBAEI FLORILEGII

EXCERPTA BRUXELLENSIA

Verlag der Akademischen Verlagsbuchhandlung von J. C. B. Mohr (Paul Siebeck) in Freiburg i. B. und Tübingen.

In meinem Verlag ist erschienen:

Hermann, K. F. Lehrbuch der griechischen Antiquitäten. Unter Mitwirkung von Dr. H. Droysen, Professor Dr. Arnold Hug, Direktor Dr. A. Müller und Th. Thalheim neu herausgegeben von Professor Dr. H. Blümner und Professor Dr. W. Dittenberger. In 4 Bänden. **Vierter Band.** Lehrbuch der griechischen Privatalterthümer. Dritte vermehrte und verbesserte Auflage. Nach der zweiten von K. B. Stark besorgten Auflage umgearbeitet und herausgegeben von Hugo Blümner. Gross 8. 1882. (XVI. 556 Seiten.) M. 10. —

Eintheilung

der

neuen Auflage	früheren Auflagen
Erster Band: **Staatsalterthümer**, herausgegeben von Professor *Dr. Arnold Hug.* Erscheint 188[illegible]	**Erster** Band: **Staatsalterthümer**, herausgegeben von *Becker* und *Stark.*
Zweiter Band: I. **Rechtsalterthümer**, herausgegeben von *Th. Thalheim.* Erscheint 188[illegible]	Im **dritten** Bande als Anhang zu den Privatalterthümern.
— „ — II. **Kriegsalterthümer**, herausgegeben von *Dr. H. Droysen.*	Fehlten.
Dritter Band: I. **Gottesdienstliche Alterthümer**, herausgegeben von Professor *Dr. W. Dittenberger.* Erscheint 188[illegible]	**Zweiter** Band: **Gottesdienstliche Alterthümer**, herausgegeben von *Stark.*
— „ — II. **Scenische Alterthümer**, herausgegeben von Director *Dr. A. Müller* in Flensburg. Erscheint 188[illegible]	Fehlten.
Vierter Band: **Privatalterthümer**, herausgegeben von Professor *Dr. H. Blümner*. Gr. 8. 1882. M. 10. —	**Dritter** Band: **Privatalterthümer mit Einschluss der Rechtsalterthümer**, herausgegeben von *Stark.*

Im September erschien:

C. Iulî Caesaris belli Gallici libri VII. Accessit A. Hirti liber octavus. Recensuit Alfred Holder. 8. 1882. (VIII. 396 Seiten.) M. 15. —

STOBAEI FLORILEGII

EXCERPTA BRUXELLENSIA

DE

STOBAEI FLORILEGII

EXCERPTIS BRUXELLENSIBUS

SCRIPSIT

OTTO HENSE

FRIBURGI IN BRISGAVIA ET TUBINGAE
IN LIBRARIA ACADEMICA J. C. B. MOHRII
(P. SIEBECK)
MDCCCLXXXII

Typis Guilielmi Drugulini Lipsiensis

Cum his ipsis diebus quibus philologi Germaniae Caroliruhae conventum celebrant, iter mihi Hispanicum parandum sit, Ioannes Stobaeus qui me procul esse iubet idem etiam excusandi me munus, si qua excusatione mea opus fuerit, in se velim recipiat, maxime apud amicos quibuscum nunc de hoc ipso studiorum genere varias quae restant quaestiones familiari sermone expendere liceret.

Ac venit nuper in manus nostras per egregiam P. Thomae professoris Gandavensis liberalitatem collatio codicis Bruxellensis plurifariam insignis, quo unius potissimum libri Stobaeani haud parvus eclogarum numerus continetur. Hanc ipsam collationem, quam prudenter et sicut res poscit instituit P. Thomas, postquam diligentius nunc tractavi, iam quanti aestimandus sit Bruxellensis quoad eius hodie fieri poterit paucis inquiram. Quamquam non in animo est variarum lectionum greges constipando ea hodie repetere, quae iam dudum de eodem codice publici iuris facta sunt. Nimirum est idem liber manu scriptus, cuius eximias aliquot lectiones sed quae ad viginti priores tantum titulos pertinent, olim decerpsit Carolus Augustus Beving in commentatione nunc rariore, quae inscribitur *Remarques critiques sur quelques passages de l'Anthologie de Stobée, Bruxelles* 1833. De industria deinde rem aggressus P. Thomas integriorem dedit codicis cum editione Meinekiana collationem *Revue de l'Instruction Publique T. XVIII*

Typis Guilielmi Drugulini Lipsiensis

Cum his ipsis diebus quibus philologi Germaniae Caroliruhae conventum celebrant, iter mihi Hispanicum parandum sit, Ioannes Stobaeus qui me procul esse iubet idem etiam excusandi me munus, si qua excusatione mea opus fuerit, in se velim recipiat, maxime apud amicos quibuscum nunc de hoc ipso studiorum genere varias quae restant quaestiones familiari sermone expendere liceret.

Ac venit nuper in manus nostras per egregiam P. Thomae professoris Gandavensis liberalitatem collatio codicis Bruxellensis plurifariam insignis, quo unius potissimum libri Stobaeani haud parvus eclogarum numerus continetur. Hanc ipsam collationem, quam prudenter et sicut res poscit instituit P. Thomas, postquam diligentius nunc tractavi, iam quanti aestimandus sit Bruxellensis quoad eius hodie fieri poterit paucis inquiram. Quamquam non in animo est variarum lectionum greges constipando ea hodie repetere, quae iam dudum de eodem codice publici iuris facta sunt. Nimirum est idem liber manu scriptus, cuius eximias aliquot lectiones sed quae ad viginti priores tantum titulos pertinent, olim decerpsit Carolus Augustus Beving in commentatione nunc rariore, quae inscribitur *Remarques critiques sur quelques passages de l'Anthologie de Stobée, Bruxelles* 1833. De industria deinde rem aggressus P. Thomas integriorem dedit codicis cum editione Meinekiana collationem *Revue de l'Instruction Publique T. XVIII*

6[e] *livraison,* unde seorsum expressa est commentatio *Le codex Bruxellensis du Florilège de Stobée* Gandavi a. 1876.

Nec dubito quin perfecturus fuerit vir doctus rem strenue incohatam, nisi qua idem est liberalitate C. Wachsmuthio meo mihique tradi maluisset schedulas suas, quibus et accuratius descripsit codicem et eam quam antea emiserat collationem libro denuo inspecto supplevit hic illic et correxit. Sic eorum quae liber continet nunc meliore scientia instructus ordinemque eclogarum edoctus quem antea ille ad Meinekii editionem accomodaverat, iam meum esse puto viro docto ita si fieri possit gratias referre ut id ipsum quadamtenus exsolvam quod ille olim promisit l. s. p. 2: *une étude critique sur le rang qu'il doit occuper et sur les sources d'où il émane.* Ne longus sim, et locupletius Florilegii q. d. exemplum quam quod hodie circumfertur definire poterit is qui hunc codicem accuratius examinaverit, ita ut tertius potissimum totius operis liber haud mediocriter inde locupletetur, neque hercle aliis subsidiis Bruxellensis caret, quae ad codices Florilegii ex arte recensendos perutiliter possint adhiberi.

Sed priusquam ad haec me convertam, P. Thomae si placet verbis — meis enim oculis codicem non vidi — pleniorem libri imaginem proponam. Haece autem ille nos de codice edoceri voluit:

'Le ms qui porte le n° 11360 dans l'Inventaire général est de format in 4° et paraît dater du deuxième tiers du XV[e] siècle; il est d'origine byzantine.

Je n'oserais décider s'il est sur papier de chiffe (*chartaceus*) ou sur papier de coton (*bombycinus*).[1]

Les abréviations sont assez nombreuses. L'ι souscrit est généralement omis. O et ω, ει, η, etc, sont fréquemment confondus.

---

[1] Je penche toutefois pour la première hypothèse.

Le ms a été endommagé par l'humidité (il semble avoir été trempé dans l'eau) et par les vers; néanmoins il est assez lisible, et quelques lettres seulement ont disparu.

Après avoir appartenu à quelque savant grec, il est devenu la propriété d'un collége de Jésuites (on lit sur la 1e page *Soctis Jesy D. P.*); transporté plus tard à la Bibliothèque nationale de Paris, il a été finalement déposé à la Bibliothèque de Bourgogne (Bibl. Royale de Bruxelles).

Il contient: 1° des extraits du Florilége de Stobée, fol. 1—66, plus 2 fol. d'extraits de la Bible, f. 67—68; 2° des extraits des dialogues de Platon et de l'Alcyon du Pseudo-Lucien, fol. 1—72; 3° des extraits des Moralia de Plutarque, fol. 1—62. Vient enfin un fol. blanc. Sur le fol. 62 v° du Plutarque et sur le recto du fol. blanc se trouve une table des matières du volume, écrite en grec d'une main plus récente que celle qui a copié le ms.

Le S t o b é e a subi une mutilation après que le ms eut été relié et la table des matières rédigée. Après le fol. 64 (numéroté par erreur ξγ́[1], un feuillet (ξδ′) a été arraché. Le fol. actuellement coté 65 devait porter le chiffre ξε′ (nous disons *devait*, parce que la marge ayant été rognée, le chiffre a disparu). Le fol. actuellement coté 66 porte le chiffre ξέ. Après ce fol., 2 feuillets (ξζ′ et ξή) ont été arrachés. Le contenu d'un de ces feuillets est indiqué dans la table des matières: λγ. περὶ σοφίας. καὶ σοφοῦ. καὶ περὶ ἀφροσύνης. φλλ/ ξῆ. — Les fol. cotés actuellement 67 et 68 et contenant les extraits bibliques sont numérotés ξθ′ et ό.

Les marges du ms renferment des sommaires, indications de titres et de sources, etc, *en latin*, dus à différents mains (XVIe—XVIIIe s. ?). Le ms a été collationné sur l'édition de Gesner et on y a annoté quelques variantes de cette édition.

---

[1] L'erreur provient de ce que le chiffre έ a été répété deux fois dans le numérotage.

Le ms renferme également quelques annotations marginales *en grec* (citations de Platon, de Sextus, de Procope, vers chrétiens, gloses, etc) provenant de différentes mains, mais d'époque récente.

Le texte du Stobée présente un certain nombre de corrections. Je n'en ai pas encore suffisamment étudié l'origine et la valeur: les indications y relatives dans la collation imprimée auraient peut-être besoin d'être rectifiées en quelques points'.

Accuratae huic descriptioni, quae totius codicis miscellanei externam magis condicionem ante oculos ponat, iam explicatius ea subicere libet quae valent ad ipsius partis Stobaeanae rationem illustrandam. In primis autem praemoneo sexaginta sex codicis foliis, quibus Stobaeana continentur, Florilegii q. d. *excerpta* dari, non integram quantulamcumque operis particulam. Sunt sane quae ex Bruxellensi vel nova accedant, tamen singulorum capitum eclogae adeo non exhauriuntur, ut si rem ad calculos revocaveris vix tertiam tertii libri partem excedant, certe dimidiam non exaequent. Neque igitur hoc quidem nomine cum integrioribus Florilegii codicibus potest comparari Bruxellensis, nec sola librariorum neglegentia erit incusanda, ubi de excerptoris potius consilio (sive arbitrium mavis dicere) cogitandum est. Quod consilium ita ut omnis dubitatio eximatur ipse aperit hac inscriptione data f. 1r: Ἐκλογὴ ἀπὸ τοῦ βιβλίου τοῦ ποιηθέντος Ἰωάννῃ τῷ Στοβαίῳ ἐκλογῶν ἀποφθεγμάτων καὶ ὑποθηκῶν. εὑρίσκονται δὲ βιβλία τέσσαρα. προσφωνεῖ δὲ ταῦτα πρὸς Σεπτίμιον ἴδιον υἱόν. ἔστι δὲ αὐτῶν τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον φυσικόν, τοῦ δὲ δευτέρου τὸ μέν τι λογικόν, τὸ δὲ λοιπὸν καὶ πλεῖστον ἠθικόν. ἃ καὶ φιλομαθὴς ὧν ζητήσεις καὶ εὑρήσεις. καί γε πολλὴν ἐκ τούτων καρπώσῃ τὴν ὠφέλειαν. τὸ δέ γε παρὸν τρίτον ὂν βιβλίον περιέχει κεφάλαια μβ'· πρῶτον περὶ ἀρετῆς, εἶτα περὶ κακίας, περὶ φρονήσεως καὶ καθεξῆς. Nihil igitur nisi epitomam dare instituit is qui librum condidit eamque Stobaeanam. Inscriptioni consimilis e. gr. ea est quam Macarius Chrysocephalus excerptis suis praemisit in cod. Marc.

452: ἐκλογὴ ἐκ τῆς συλλογῆς Ἰωάννου στοβαίου κτέ, vel etiam ea quae exstat in codice Vaticano 847 ad librum parallelorum pertinens: ἐκλογὴ ὠφέλιμος ἐκ τῆς βίβλου τῶν παραλλήλων. Quaestio autem exoritur utrum inscriptio quam modo integram exhibui ex ipsa Stobaeana totius operis praefatione nobis hodie deperdita fluxerit utpote totius operis rationem habens, an potius ex Photii codice CLXVII quocum plerumque conveniat. Hoc, non illud verum esse infra elucebit ipsis excerptis accuratius cognitis. Iam igitur si singula licet persequi, id quod de tertio operis libro promisit excerptor, ita exsolvit, ut huius libri excerptis sibi ne satisfecerit quidem. Nam postquam f. 1^r usque ad f. 51^v intra tertium librum se continuit, in eodem hoc folio ad caput quadragesimum tertium i. e. ad librum quartum progressus etiam capitum quadragesimi tertii, quarti, quinti, sexti, septimi excerpta adiecit, quamquam inscriptio libri quarti, quam exspectaveris, hodie non legitur. Restat denique ea excerptorum particula, quae foliis 59^v—66^v continetur. Ibi praeter exspectationem ad tertium librum reversus excerptor c. 3 ecl. 79 et 80 adnexuit, quae denique excipiuntur Xenophontis nonnullis Musoniique locis ex capite vicesimo septimo, duodevicesimo undevicesimoque desumptis. Quorum locorum paucitas ut olim sane compensabatur folio quod excidit post f. 64 nec non duobus aliis, quae post fol. 66 nunc abrupta sunt, ita indicia non deesse credat quispiam quibus hanc minorem particulam extremam ab alio fortasse excerptore adiectam esse suspiceris. Nimirum capita inscribendi genus quod adhibetur in fol. 59^v sqq. non concedi nequit paululum differre ab eo quod in prioribus regnat. Eclogis 3, 79 et 3, 80 capitis titulus omnino non praefigitur, sed Δημητρίου Φαληρέως τῶν (τῶν om. cod.) ἑπτὰ (ἕπτα cod.) σοφῶν ἀποφθέγματα, deinde ὑποθῆκαι τῶν ἑπτά (ἕπτα cod.). Xenophontis autem Musoniique locis quibus eclogas 3, 79 et 3, 80 excipi modo dixi, titulus capitum, ex quibus deprompti sunt, praemittitur sane, sed hunc in modum ἐκ τοῦ περὶ ἐγκρατείας, deinde ἐκ τοῦ περὶ ἀκρασίας, denique ἐκ τοῦ περὶ ἀνεξικακίας, quae

inscribendi ratio paululum discrepat cum superiore parte, ubi solus semper titulus legitur, περὶ ἐγκρατείας, περὶ ἀκρασίας, ceteri; uno loco excepto in f. 6r, ubi inter frustulum eclogae 1, 95 et eclogam 1, 96 collocatur ecloga 23, 18 verbis ἐκ τοῦ περὶ φιλαυτίας praemissis. Attamen his indiciis tu commotus ne sis. Nam is qui posteriorem partem exscripsit prioris tam diligenter rationem habuit, ut semel tantum pauci versus ex ecl. 17, 32 p. 283 1—6 M. in utraque simul compareant. In omnibus reliquis locis — sunt autem eclogae 17, 32. 33. 44. 45. 43. 18, 38. 19, 16 — extremis foliis tantummodo supplentur ea quae in prioribus excerptis omissa erant. Ut uno exemplo defungar, in f. 38r eclogae 19, 16 media tantum particula (p. 304_{17} Φωκίων δὲ — $_{24}$ σὲ ἀπολογεῖσθαι) exstat, in f. 66r—v supplentur et ea quae praecedunt hanc particulam et quae insequuntur simul addito lemmate μουσωνίου, quod (nescio an ab ipso excerptore) in f. 38r omissum est, nunc ut paene totus Musonii locus etiam in Bruxellensi legatur exceptis verbis p. 305_7 πόσῳ δὲ — $_{14}$ ἀγαθὸς εἶναι. Hanc autem accuratam supplendi rationem multo magis ei convenire, quem praetermissarum supra aliquot partium postea poenitebat, quam alii nescio cui excerptori pauci negabunt. Quodsi igitur his extremis particulis ἐκ τοῦ περὶ ἀνεξικακίας potius inscripsit nec satis habuit capitum titulos simpliciter iterasse, hoc ille prospexisse putandus erit, ne quis lectorum his extremis excerptis fortasse novorum aliquot capitum eclogas sibi offerri opinaretur. Voluit lectorem ad titulos iam supra exscriptos relegari, ut adpareret in hac extrema parte solummodo de Addendis nonnullis agi eclogisque propria sua sede remotis. Quod autem ante eclogas 3, 79 et 3, 80, a quibus extrema haec particula incipit, capitis tertii titulus nunc non legitur, hoc in apographo tam recenti non profecto magis mirandum est quam quod etiam in superiore parte inscriptio capitis quadragesimi quarti a librariis omissa est. Ut hanc olim fuisse lectam pro certo potest adfirmari, sic nescio an etiam illa fuerit adposita sed

ἐκ τοῦ περὶ φρονήσεως, non solum περὶ φρονήσεως consilio eo quod modo significavimus. Cui consilio optime etiam convenit unum huius inscribendi generis exemplum quod in priore excerptorum parte nunc reperiri iam supra monuimus. In primo capite f. 6ʳ inter ecl. 1, 95 et 1, 96 inicitur ecl. 23, 18 addito capitis vicesimi tertii titulo sic ἐκ τοῦ περὶ φιλαυτίας. Recessit autem hoc loco excerptor ab eclogarum ordine quem reppererat, quod duorum librorum consensu Parisini quem A vocant et Vindobonensis (S) satis aperte proditur. In utroque ecl. 23, 18 suo loco legitur, non in capite primo. Nec cur sedem mutare iusserit eclogam Bruxellensis obscurum est. Inter duos Platonis de legibus (V p. 727 e et VII p. 808 b) locos tertium ex eodem opere de legibus priorique vicinum (V p. 731 d) interponi maluit. Removit igitur eclogam ex suo capite in primum sed propria sede suo more indicata ἐκ τοῦ περὶ φιλαυτίας. Ut autem hoc loco genuinum ordinem excerptor reliquit, ita eum cavisse manifestum est ne id clam lectore faceret. Hoc addo etiam contextum eclogarum in posteriore parte de qua agitur eiusdem esse stirpis atque in priore. Habet hic illic plura quam codices nostri, inter novos librariorum errores emicant nonnumquam melioris notae lectiones velut in ecl. 3, 79 et 80, in universum autem, si hoc licet occupare, fere idem recensionis vultus est atque codicis A. Haec vero quae totius syllogae conspicua est communis recensionis nota etiam in causa nobis est, cur praefracte negemus, id quod quispiam conicere possit inscriptionis memor supra adlatae nimirum quaecumque egrediuntur tertium librum alius fortasse originis esse. Quam opinionem non magis veram esse quam alteram modo refutatam vix est cur pluribus demonstrem. Ne repetam quod modo de extrema parte evicisse mihi videor, etiam in eorum capitum excerptis quae a capite quadragesimo tertio usque ad tertii capitis eclogam septuagesimam nonam porriguntur alius fontis vel recensionis nec vola nec vestigium reperitur. Atque ut in prioribus sic etiam in his capitibus

pullulant quaedam eclogae aliunde non cognitae — sunt Platonis aliquot loci — ut hinc quoque eadem cum superioribus origo comprobetur. Vicit igitur, ut rem paucis comprehendam, ea quae etiam per se ipsa simplicissima est ratio: Stobaeana quae codice Bruxellensi continentur unus idemque excerptor transscripsit, plurima ex operis libro tertio, pauca quaedam ex libri quarti initio, denique nonnulla quae in libri tertii excerptis a se omissa esse aegre tulit idem postea in calce adiecit.

Quoniam de communi vinculo quo inter se continentur excerpta dixi, nunc paucis ad libri inscriptionem redeo. Ac primum neminem fugit verbis τὸ δέ γε παρὸν τρίτον ὂν βιβλίον περιέχει κεφάλαια μβ′ eorum quae ex quinque libri quarti capitibus exscripta sunt rationem non haberi. Quae res, nisi artificia sectari volemus, facile ita explicabitur, ut ipsum excerptorem in totius syllogae fronte eius tantum libri memoriam facere voluisse putemus intra quem, si a quinque illis quae dixi capitibus recesseris, omnia sua excerpta continuit. Fortasse coniecerit aliquis ubi de apographo agatur satis recenti veri haud dissimile esse etiam ante caput quadragesimum tertium novi libri exordium breviter olim indicatum fuisse. At qui consideraverit quo modo verba τὸ δέ γε παρὸν τρίτον ὂν βιβλίον κτέ. cum eis quae antecedunt coniuncta sint, ei verba illa ad totam potius syllogam spectare non videri non poterunt. Iam vero ut de fonte eorum quae antecedunt aliquid addatur, hanc brevem de integro opere Stobaeano notitiam ex ipsius potius Stobaei praefatione fluxisse nobis hodie erepta nec ex Photii codice CLXVII id serio hodie vix quisquam obtinebit. Nihil est in macilentis his frustis est quod non ex Photio petitum sit. Fortasse obiciet mihi aliquis id quod infra apertius erit Bruxellensem eclogis etiam novis eminere, ut hac ex parte paene cum Laurentiano concertare possit. Ac si verum est quod Wachsmuthius evicit 'Stud. zu den gr. Floril.' p. 68 sq. florilegium Laurentianum ex codice descriptum esse quo *totum* adhuc quattuor librorum anthologium continebatur, cur Bruxellensi

denegabimus quod nonnulli vel Angelicani gnomologii conditori largiebantur? Ut incertam de Angelicanae bibliothecae codice rem nunc mittam (cf. Dilesius Doxogr. p. 32 n. 1, Wachsmuthius l. s. p. 55), de Bruxellensi quaestio uno opinor verbo profligata erit: operis Stobaeani libros duos priores quos plenissime exhausit Laurentianus, Bruxellensis ne tetigit quidem. Nisi igitur volemus quasi in clara luce caecutire, codicem ex quo Bruxellensis sua descripsit ad eam potius aetatem referamus necesse erit, qua totum quattuor librorum anthologium iam in duo binorum librorum volumina dividi coeptum erat. Recentiori huic Bruxellensis aetati congruit quod in eis partibus quas ambo exscripserunt nihil habet Brux., quod non in Laur. compareat. Ac si tenebitur quo de iam nemo ambigat, non nisi Florilegii q. d. codice usum esse Bruxellensem, inde satis commode etiam explicatur, cur Photii bibliothecam de toto opere Stobaeano consuluerit. Repperisse nimirum putandus erit in initio sui codicis *tertii* libri inscriptionem talem fere, qualem etiam nunc in codice Vindobonensi servatam esse notum est ante c. 43 Ἰωάννου στοβαίου ἐκλογῶν ἀποφθεγμάτων ὑποθηκῶν ἄρχεται βιβλίον δ', ut iure haesitaret, quonam *tertii* libri numerus spectaret in totius ut videbatur operis initio collocatus. Adiit igitur Photii 'bibliothecam', unde hanc sibi desumpsit totius operis notitiam litterariam:

Phot. cod. CLXVII p. 112 Bekk.	Brux. f. 1^{r}
Ἀνεγνώσθη Ἰωάννου Στοβαίου ἐκλογῶν ἀποφθεγμάτων ὑποθηκῶν βιβλία τέσσαρα ἐν τεύχεσι δυσί· προσφωνεῖ δὲ ταῦτα, δι᾽ ὃν καὶ τὴν συνάθροισιν φιλοπονῆσαι λέγει, Σεπτιμίῳ ἰδίῳ υἱῷ.... ἔστι δὲ αὐτῷ τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον φυσι-	Ἐκλογὴ ἀπὸ τοῦ βιβλίου τοῦ ποιηθέντος Ἰωάννῃ [1] τῷ στοβαίῳ ἐκλογῶν ἀποφθεγμάτων καὶ ὑποθηκῶν. εὑρίσκονται δὲ βιβλία τέσσαρα. προσφωνεῖ δὲ ταῦτα πρὸς Σεπτίμιον ἴδιον υἱόν. ἔστι δὲ αὐτῶν τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον φυσικόν,

[1] Ἰωάννῃ pro Ἰωάννου P. Thomas. Pauca alia id genus quae cod. habet tacite correxi.

χόν, τοῦ δὲ δευτέρου τὸ μέν τι κατ' ἀρχὰς μέρος λογικόν, τὸ δὲ λοιπὸν καὶ πλεῖστον ἠθικόν....	τοῦ δὲ δευτέρου τὸ μέν τι λογικόν, τὸ δὲ λοιπὸν καὶ πλεῖστον ἠθικόν. ἃ καὶ φιλομαθὴς ὧν ζητήσεις καὶ εὑρήσεις. καί γε πολλὴν ἐκ τούτων καρπώσῃ τὴν ὠφέλειαν.
ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περιέχεται κεφάλαια μβ'. πρῶτον περὶ ἀρετῆς. εἶτα περὶ κακίας. περὶ φρονήσεως e. q. s.	τὸ δέ γε παρὸν τρίτον ὂν βιβλίον περιέχει κεφάλαια μβ'· πρῶτον περὶ ἀρετῆς, εἶτα περὶ κακίας, περὶ φρονήσεως καὶ καθεξῆς.

Collatis vero cum Bruxellensi eis quae ex Photii uberrima operis descriptione ex adverso posui, sponte adparet non modo in singulis verbum paene verbo respondere, sed nihil habere Bruxellensem, quod non ex Photio desumi potuerit. Nam breviuscula duo enuntiata quae apud Photium non leguntur ἃ καὶ φιλομαθὴς ὧν ζητήσεις καὶ εὑρήσεις. καί γε πολλὴν ἐκ τούτων καρπώσῃ τὴν ὠφέλειαν nec ulla sunt doctrinae specie insignia et omnino talia quae nullo negotio quivis de suo interserere potuerit. Quamquam fortasse memorabile est, quod in eis quibus Photius infra multo accuratius de operis utilitate exposuit ipse quoque καρποῦσθαι verbo usus est: οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ πολλῶν καὶ καλῶν καὶ ποικίλων νοημάτων εἰ καὶ κεφαλαιώδη μνήμην καρπώσονται. Ergo quocumque oculos convertas inscriptionem codicis ex Photio derivatam esse elucet. In paucis autem se continere voluit excerptor, quod titulum syllogae praescribere in animo habuit, non longiorem expositionem. Neque igitur video, cur excerpta haec quamvis exilia ab alio nescio quo posterioris aevi lectore nec potius ab ipso syllogae conditore praemissa esse iudicemus, aut denique cur statuamus Photiana haec in Bruxellensi olim uberiora exstitisse. Nam ut fieri sane potuit ut etiam his temporum decursu aliquod damnum inferretur, ita ne in initio longus esset excerptor, ipsius rei consilium titulique angustiae prohibuerunt.

Quamquam nisi quis erroribus implicari volet ubique recordandum erit non cum vetere codice nobis rem esse sed cum apographo satis recenti quodque in singulis male sit habitum. Quam pravam libri condicionem facere non possum quin paucis illustrem. Non repeto quod iam supra memoratum est capitis quadragesimi quarti inscriptionem hodie frustra quaeri. Sed ne ordo quidem capitum ubique servatus est. Sextum enim caput περὶ ἀκολασίας nunc inter secundum et tertium sedem habet, quae perversa dispositio etiam generali inscriptioni aperte repugnans utrum ex librariorum neglegentia an inde repetenda sit quod vetustioris alicuius codicis folium solutum aliquando in alienum locum transpositum sit, vix incertum videtur. Etenim librarii paulo facilius in errorem delabi poterant, quia singula capita ut titulis insignita erant ita numeris carebant. Simili igitur errore caput vicesimum septimum nunc ante vicesimum sextum legitur. Unius autem folii formae quadratae spatium excerptis capitis sexti in nostro quidem (f. 21) utrimque aliquantulo superatur. Multo etiam maior neglegentia observatur in lemmatis. Nolo notos librariorum errores hic congerere, quorum scientiam haud inutilem suppeditet Thomae collatio typis impressa, velut quod legitur 18, 31 δημοσθε'' pro Δημοκρίτου, 23, 7 ἀριστοτ́λ pro Ἀριστωνύμου aliaque id genus permulta ex compendiis orta. Unum alterumve exemplum magis memorabile adfero. F. 35^v sq. exscribitur Xenophontis ecloga 17, 45 v. I p. 290_5—291_{13} M. Sed lemmatis loco datur σωκράτους. Observavit nimirum excerptor in Commentariorum loco de quo agitur verba ἐκεῖνο δ', ἔφη, ὦ Εὐθύδημε κτέ, a quibus initium cepit, Socrati data esse, nisi etiam festinantius rem agens eo deceptus est, quod ante haec verba in codice exstare vidit εἰκότως γάρ, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Accuratius rem egit f. 63^v, ubi cum priorem eclogae particulam adderet antea praetermissam, huic particulae etiam verum lemma ἐκ Δ' ἀπομνημ̃ (sic) adiecit. Ut in eodem lemmate aliquantulum persistam, idem illud σωκράτους praefixum est ecl. 7, 76. Est locus Platonis ex Socratis apologia

28 d. Nescio igitur an hoc quoque loco excerptor orationem Socratis etiam Socratis nomine insigniverit. Nam et in Escorialensi (M) et in A, cum quibus plerumque facere videmus Bruxellensem, hoc legitur lemma Πλάτωνος ἐκ τῆς ἀπολογίας, nomine Σωκράτους omisso, id quod de Parisino adnotare neglexit Gaisfordus. Vix expedio lemma σ͂ωσθέ^{η} ad ecl. 14, 20 adscriptum, ubi Κράτητος habent reliqui. Praecedit in Brux. Antisthenis apophthegma (14, 17), sequitur Σωκράτους dictum (22), paene ut illud ex duobus his falso conflatum videatur. Saepissime vero omissa esse lemmata recentioris aevi codici facile condonabitur. Sed nonnulla in his etiam ex excerptoris brevitate repetenda sunt. Neque enim casu factum puto, quod in apophthegmatis, ubi ipsa ecloga a lemmatis voce rursus incipere soleat, nomen plerumque semel tantum datur in Bruxellensi (ex. gr. 7, 27. 28. 48. 49. 55. 57 vel 29, 85. 87. 89. 91. 99. 100). Certe rarissima est repetita lemmatis significatio velut 7, 54 κλεάνθους· κλεάνθης κτἑ. Neque hoc mihi dubium est quin ipse iam excerptor in semel posito lemmate saepius eis locis acquieverit, ubi complures eiusdem auctoris vel libri eclogas sese excipere vidit. Tam crebra sunt in Bruxellensi eiusmodi praetermissionum exempla. Quamquam adparet hanc quaestionem cum ordine eclogarum quem sequebatur Bruxellensis artissime cohaerere, ut nisi hic antea exploratus fuerit res diiudicari non possit. Ut certum exemplum proferam, in Socratis apophthegmatis 13, 46—49, quorum idem ordo est in omnibus quos novi libris, semel adposuisse nomen satis habuit Bruxellensis in ecl. 46. Neque igitur mirum est, quod hac ratione admissa duae eiusdem auctoris eclogae perperam nonnumquam in unam coaluerunt, velut 6, 31 et 32. Rarius libri alicuius vel poematis solius commemoratio fit auctoris nomine praetermisso, ut aliam eiusdem auctoris eclogam olim praecessisse suboleat, velut 8, 13. 20, 17. 38, 8. 14. al. Accedit etiam aliud in lemmatis neglegentiae vel brevitatis genus, quod in codice quem tot indoctorum manus tractaverint

vix errabo, si magis ad librariorum neglegentiam quam ad ipsum excerptorem refero. Nam ubi lemmata adpicta sunt, plerumque satis habebant librarii auctoris nomen commemorasse omisso accuratiore poematis vel libri indicio. Ut unum saltem titulum ordine Bruxellensi percurram, ex quinto capite huc pertinent eclogae 74. 130. 121. 75. 80. 83. 60. 61. Etsi pro re nata in singulis summa cautione opus erit. Non nisi omnibus qui in censum veniant codicibus inter se collatis confidentius diiudicari potest, quem singulis locis titulum ipse Stobaeus praefixerit quidve excerptores vel librarii praetermiserint.

Possum accuratius haec aliaque codicis vitia persequi. Sed nihil attinet plene hic referre ea quae omnium Stobaei codicum plus minusve communia sunt. Dudum autem audire mihi videor quempiam dicentem: quidnam praesidii tandem sperare nos posse putabimus ex apographo aevi tam recentis omnibusque fere deteriorum codicum maculis inquinato? At licet recentior sit codex, ex limpidissimo fonte eum derivatum esse habeo quibus aperiam. Ut rem brevi praecidam, inter Bruxellensem et Laurentianum is observatur consensus, quem casui dari posse nemo sanus sibi persuadeat. Cum nova nonnulla in utroque pariter accedant tum quod maximum pondus habet ordo eclogarum in utroque exhibetur tam plane conspirans, ut codices quibus usi sunt ex consimili eiusdem recensionis exemplari derivatos esse manifestum sit. Quamquam duo Stobaei volumina adhuc coniuncta exscripsisse Laurentianum, Bruxellensem unum tantum q. d. Florilegium iam supra monui. Unde pateat codicem quem excerpsit Bruxellensis aetate paulo inferiorem fuisse Laurentiani fonte, quem ad decimum vel undecimum saeculum rettulit Dilesius.

De exscripto Stobaeo in florilegio Laurentiano hodie non est quod ego quaestionem retexam, postquam Wachsmuthius rem absolvit in egregia de Stobaei Eclogis commentatione nunc iterata cum auctario 'Stud. zu den gr. Floril.' p. 55 sqq. Pauca quae hic sciri intersit in memoriam revoco. Quod gravissimum est ne

Stobaeana cum aliis Laurentiani fontibus confundantur, ipsa impedit satis anxia a Laurentiano adhibita ratio exscribendi, qua parallelorum libri Aelianique historiae animalium excerpta a Stobaeanis perspicue segregata sint. Primum autem Stobaei exempla uno tenore ille exscripsit. Initia vero Stobaeanorum aperte produntur more Ioannis semper a poetarum locis exordientis. Quam regulam adeo non laesam esse evicit Wachsmuthius l. s. p. 84, ut quaecumque contra eam pugnare videntur e parallelis potius petita esse demonstrari possit auxilio Antonii, Maximi, Melissae Augustanae aliorumque qui ad librum parallelorum valent redintegrandum. Nec non adminiculo sunt inscriptiones quaedam hic illic in codice additae licet a Sartio non ubique adnotatae, velut περὶ σωφροσύνης illud quod iteratur ante p. 177_{25} i. e. in confinio eorum quae περὶ σωφροσύνης ex parallelis Laurentianus exscripserat eorumque quae deinde ex Stob. Flor. c. 5 erat additurus. Quibus aliisve rationibus quas hic enumerare longum est quam facili negotio non solum Eclogarum sed etiam Florilegii capita quae Laurentiano insunt circumscribi possint, etiam singulis comprobavit Wachsmuthius ut puta de Florilegii capite quinto, undecimo, decimo tertio rem illustrans l. s. p. 84. 89, 1; cf. etiam p. 40. Nunc omnes etiam qui ad Florilegium pertinent Laurentiani locos commode recteque indicatos reperies apud Elterum de cod. Phot. p. 29, 3. Quod igitur in Eclogis post Wachsmuthium nemo non concessum putat (cf. Dilesii Doxogr. p. 44) Elterusque nuper etiam auctorum indicibus Photianis confirmavit, quid impedit quo minus etiam in Florilegio tandem aliquando timiditatem deponamus Stobaeo reddentes quae Stobaei sunt? Nam qui longius a Florilegii codicibus recedere Laurentianum existimarunt ordineque uti haud raro diverso (cf. Elterus l. s. p. 29, 2), ei non dubito paulo aliter iudicassent, si vel ordinem 'optimi' Parisini curiosius inspexissent.

Vides iam quo in statu res sit. Ne ea quibus Laurentianus Stobaeum divitiorem reddit etiam in Florilegio ambabus arriperent, quamquam in universum rem non concedere non poterant, in singulis

inde se passi sunt prohiberi, quod unus alterve codex Stobaeanus desiderabatur, quo ordinis novitati novisque eclogis aliquid praesidii accresceret. Bruxellensem praebere quod exoptatur auxilium tabulis infra positis manifestum erit. Ex Laurentiani autem consensu fieri non poterit quin etiam Bruxellensis dignitatem suam recuperet. Quod ne vitioso argumentandi quasi circulo adsecuti esse videamur, etiam Parisino Escorialensique cum fructu adscitis infra cautum erit. Nunc Brux. cum Laurentianis compono, quae ab erroribus neglegentiisque Sartianis immunia reddere mihi licuit Rudolphi Schoellii Wachsmuthiique collationum beneficio. Praeter comparationem cum Brux. institutam in Láur. solis eclogarum numeris utor corrigens tamen Gaisfordi in numeris errores nec non supplens Sartium ubi totas eclogas silentio praetermisit. Ceterum etiam rubricatorum futilia haud raro initialium suplementa intacta reliqui.

Περὶ σωφροσύνης.

Flor. Laur. p. 177_{25}—178_{14} Mein.	Exc. Brux. f. 25^r—26^r.
5,15 Οὐχ ὁ Διόνυσος (in fine Εὐριπίδου Βακχῶν)	om.
5,16	om.
5,14	om.
5,13 Ὡς ἡμέρα	5,13 σοφοκλέους· ὡς ἡμέρα
5,9 Μενάνδρου. Ταμιεῖον ἀρετῆς	om.
5,119	om.
5,120	om.
5,136	om.
5,118	om.
5,128	om.
5,130 ('Ε)κ τοῦ συμποσίου. Πᾶσα γὰρ 5,135 consoc. cum antec. 5,121 'Εκ τῆς Νικολάου ἐθῶν συναγωγῆς. Ἡβήρων	5,123 μενέδημος 5,74 αἰσχιλ· οὕτω γὰρ
5,50	om.
5,51	om.
5,122	om.
5,123 Μενέδημος 5,74 'Εσχὺ ἐκ τουλ κατὰ Τιμάρχου. Οὕτω γὰρ	5,130 πλάτωνος· πᾶσα γὰρ om. 5,121 νικλ· ἰβήρων

Flor. Laur.	Exc. Brux.
5,75 Ἐπικτήτου. Ἐν συμποσίῳ σε	5,75 ἐπικτήτου· ἐν συμποσίῳ σε
5,76 Μουσωνίου. (Ἐ)ἂν ἡδονῇ	5,76 μουσωνίου· κἂν ἡδονῇ
5,77	om.
5,78	om.
5,44	om.
(Αὐ)τάρκει τροφὴ μικρὴ νὺξ οὐδέποτε γίνεται.	δημοκρίτου. αὐτάρκει τροφῇ σμικρὰ νὺξ οὐδέποτε γίνεται.
5,38	om.
5,49	om.
5,79	om.
5,80 Ἐν ταυτ΄. Κακὸν οὐδὲν	5,80 ξενοφῶντος· κακὸν οὐδὲν
5,81	om.
5,43 Σωκράτους. Πρὸς τὸν πυθόμενον	5,43 σωκράτης πρὸς τὸν πυθόμενον
5,35	om.
5,34 Ὁ αὐτὸς ἔλεγε	5,34 ὁ αὐτὸς ἔλεγε
5,37 Ἡ αὐτάρκεια	5,37 ἡ αὐτάρκεια
5,33	om.
5,82	om.
5,47	om.
5,46	om.
5,41 Διογένους. Δεινὸν ἔλεγεν	5,41 δεινὸν ἔλεγεν
5,42	om.
5,36	om.
5,83 Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους χρειῶν. (Θ)έλων	5,83 ἀριστοτέλους· Γέλων ὁ σικελίας
5,59	om.
5,60 Ἱέρακος ἐκ τοῦ περὶ δικαιοσύνης. Ὅθεν τὴν	5,60 Ἱέρακος· ὅθεν τὴν
5,61 (Σ)αμβλίχου ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς περὶ σώφρονος (sic). Πᾶσα μὲν γὰρ	5,61 Ἰαμβλίχου· πᾶσα μὲν γὰρ
5,62	om.
5,63	om.
5,64	om.
5,65	om.
5,66 Καὶ ἡ τῶν ὡρῶν	5,66 ἐν ταυτῷ· καὶ ἡ τῶν ὡρῶν
5,48	om.
5,52	om.
5,131	om.
exc. ex Philebo	om.
„ „ Charmide } consociata	om.
5,133	om.
5,134	om.
5,53	om.

Περὶ ἀκολασίας.

Flor. Laur. p. 240_{21}—241_{8}.	Exc. Brux. f. 20ᵛ—22ʳ.
6,22	om.
6,18	om.
6,19	om.
6,20	om.
6,21	om.

Flor. Laur.	Exc. Brux.
6,23	om.
6,24 Ἀλέξιδος. Φεῦγ' ἡδονὴν	6,24 ἀλέξιδος· φεῦγ' ἡδονὴν
6,25	om.
6,26	om.
6,27	om.
6,28	om.
6,29	om.
6,30	om.
6,31 Σωκράτους. Οὔτε πῦρ	6,31 } consociata praemisso lemm.
6,32 Τὸ μὲν πῦρ	6,32 } σωκράτους
6,9	om.
6,33	om.
6,36	om.
6,49	om.
6,34 (Δ)ήνων ἠτιᾶτο	6,34 ζήνων ἠτιᾶτο
6,35	om.
6,8	om.
6,61	om.
6,62 (Τοῦ αὐτοῦ) ἐκ τοῦ περὶ κουρᾶς. Ἔφη μὲν	6,62 μουσωνίου ἐκ τοῦ περὶ κουρᾶς· ἔφη μὲν
6,10	om.
6,11	om.
6,55 Ἡμερήσιοι	6,55 δημοκρίτου· ἡμερήσιοι
6,57	om.
6,12	om.
6,13	om.
6,14	om.
6,15 (Ἡ) ψυχῇ σῶμα	6,15 εὐσεβίου· ψυχῇ σῶμα
6,16	om.
6,17	om.
6,38	om.
6,3	om.
6,4	om.
6,5	om.
6,52	om.
6,53	om.
Τοὺς μὲν ἄλλους ἔφησε ζῆν ἵνα ἐσθίωσιν αὐτὸν δὲ ἐσθίειν ἵνα ζῇ	διογένης τοὺς μὲν ἄλλους ἔφησε ζῆν, ἵνα ἐσθίωσιν, αὐτὸν δὲ ἐσθίειν, ἵνα ζῇ.
6,1	om.
6,2	om.
6,6 (Ὀ)ρυξίμαχος	6,6 εὐρυξίμαχος
6,7	om.
6,39	om.
6,40	om.
6,41	om.
6,42	om.
6,43 Θηρίον ἐστὶ	6,43 πλουτάρχου· θηρίον ἐστὶ
6,44	om.
6,45 Μή τις προδότας	6,45 ἐν ταυτῷ· μή τις προδότας
6,46	om.
6,47	om.
6,48 (Ἐ)λεύθερον ἀδύνατον	6,51 οὐδεὶς ἐλεύθερος
6,51 Οὐδεὶς ἐλεύθερος	6,48 ἐλεύθερον ἀδύνατον
6,50	om.
6,58	om.

Flor. Laur.	Exc. Brux.
6,59	om.
6,60	om.
6,54 (Γ)άτων τῆς πολυτελείας	6,54 χάτων τῆς πολυτελείας
6,56 (Ὁ) αὐτὸς τοὺς σπουδάζοντας	6,56 ὁ αὐτὸς τοὺς σπουδάζοντας
6,65	om.
Εὐσεβίου. Σωφροσύνην, τό περ	om.
18,36	om.
6,37	om.
6,63	om.
6,64	om.

Περὶ ἀληθείας.

Flor. Laur. p. 242_4—243_{14}.	Exc. Brux. f. 30^v—32^v.
11,12 Εὐριπίδου. Ἁπλοῦς — σοφῶν	11,12 ἁπλοῦς — ἔφυ (om. vers. 2 sqq.)
11,6	om.
12,7	om.
Ὁ ξεῖνος δ' εἴπερ μάλα	om.
Σοφοκλέους. Ἡ (Ἡ rubr.) ἀληθὲς ἀεὶ	om.
11,9	om.
11,13	om.
Μενάνδρου. Οὐδὲν γὰρ	om.
Ἀδύνατον ὡς ἔοικε	om.
Ἐὰν ἐγὼ φῶ	om.
ἀληθὲς εἶναι δεῖ	om.
11,11 } consoc.	om.
11,1 }	om.
11,10	om.
11,8	om.
Πινδάρου. Οὔτ' ἐξελέγχων	om.
(Ἔ) τοι ἅπασα κερδίων	om.
(Μ)ὴ παρίει καλά	om.
11,3	om.
11,7 Βακχυλίδου. (Λ)υδία μὲν	11,7 βακχυλίδου· λυδία μὲν
11,2	om.
(Ἰ)σοκράτους. Διὰ παντὸς χρόνου	om.
(Θ)ουκυδίδου. (Ἡ) τὰ μὴ κτέ.	om.
11,15	om.
11,16	om.
11,17	om.
11,18	om.
11,20 Ἀπολλώνιος Δηλίῳ. Ψεύδεσθαι	11,20 ἀπολλωνίου· ψεύδεσθαι
11,21	om.
11,22	om.
11,23 Ἑρμοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Τάτ. (Ὦ)τατον οὐκ ἔστι δυνατὸν (verbis Οὐδὲ ταῦτα — τὸν ἀεὶ ὄντα p. 250, $_{9-25}$ M. in fine positis)	11,23 ἐκ τοῦ πρὸς τάτ· ὦ τάτ οὐκ ἔστι δυνατὸν (verbis οὐδὲ ταῦτα — τὸν ἀεὶ ὄντα p. 250 $_{9-25}$ M. in fine positis sed om. καὶ ὀφθαλμοὺς — ἔστιν οὖν p. 248_{27}—249_5 M.)
11,24	om.

Flor. Laur.	Exc. Brux.
11,25 (Θ)υθαγόρας — ἀληθεύωσιν	11,25 πυθαγόρας — ἀληθεύωσιν
Ἡροδότου ἱστοριῶν Γ (pertinet ad 12,23)	om. cf. ad 11,14
11,25 (Ἡ) δὲ μάγοι — ἀληθείᾳ	om.
12,23 Ἔνθα γὰρ — λεγέσθω	om.
11,14 (Ἰ)αμβλίων Σωπάτρῳ. (Ἀ)λήθεια μὲν	11,14 Ἡροδότου· ἀλήθεια μὲν

Περὶ παρρησίας.

Flor. Laur. p. 180_5—182_6.	Exc. Brux. f. 33^r—^{v}
13,1 Εὐριπίδου. Πότερα θέλεις	13,1 εὐριπίδου· πότερα θέλεις
13,8	om.
13,10	om.
13,12	om.
13,13	om.
13,15	om.
Ἐξ Ἀντιγόνης. Ἄκουσον· οὐ γὰρ	ἀντιγόνης. ἄκουσον· οὐ γὰρ
(?)χω τὸ (sic) γὰρ πρᾶγμ'	ἔχω· τὸ γὰρ πρᾶγμ'
34,2	om.
45,5	om.
Μὴ δ' οὐ τάδ'	om.
13,7	om.
Οὐκ εὖ λέγειν χρὴ (Eur. Phoen. 526 sq.)	om.
Ὅστις λέγειν μὲν	om.
Σοφίλου. (Γ)λώσσῃ σὺ	om.
(Ἐ)λευθέρα γὰρ γλῶσσα	om.
Ἐλευθερία Διὸς	om.
13,2	om.
13,3 Ἐξ Αἴαντος. Ὁ δ' αὖ τοιαύτην	13,3 ἐξ αἴαντος· οὐδ' αὖ τοιαύτην
13,4	om.
13,5	om.
13,6	om.
13,11	om.
(Σ)ερὶ μεγάλων πραγμάτων	om.
παρρησίαν δὲ παντὸς	om.
(Δ)ικοστράτου. (Ἔ)ρ' οἶσθ' ὅτι	νικοστράτου. ἆρ' οἶσθ' ὅτι
13,9	om.
Ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ	om.
Ἀριστοφάνους· Τὴν παροιμίαν	om.
13,14	om.
13,16	om.
13,17	om.
13,41	om.
Ἐκ τοῦ περὶ στεφάνου· ἔστι δὲ —προσδοκίαν (§ 280. 281).	om.
Ὅς γάρ ἐστιν — κινδυνεύσεται (Dem. XIX 184).	om.
Τοὺς δὲ λόγους — ἀγωνίζεται	om.
13,18	om.
13,19	om.
13,20	om.
13,22	om.

Flor. Laur.	Exc. Brux.
13,23	om.
13,24	om.
13,25	om.
13,27	om.
13,37	om.
13,26 Δημοκρίτου. Κρέσσον τὰ οἰκήια	13,26 δημοκρίτου· κρέσσον τὰ οἰκήια
13,40	om.
13,28	om.
13,29	om.
13,30	om.
13,31	om.
13,32	om.
13,33	om.
13,34	om.
13,35	om.
13,36	om.
13,39 Ἐκ τοῦ Ἀρίστωνος. Φήσαντος τινὸς	13,39 ἀρίστωνος· φήσαντος τινὸς
13,42	om.
13,44 Εὐσεβίου. (Ἡ) παρρησία ἀπὸ γνώμης	13,44 εὐσεβίου· παρρησία (?) ἀπὸ γνώμης
13,45	om.
13,46 Σωκράτους. Τῆς παρρησίας	13,46 σωκράτους· τῆς παρρησίας
13,47	om.
13,48 Οὔτε ἐκ τοῦ κόσμου	13,48 οὔτε ἐκ τοῦ κόσμου
13,49 Ἔστιν ὥσπερ	13,49 ἔστιν ὥσπερ
13,50	om.
13,21	om.
13,38 (Ἰ)λιανοῦ. Τιμόθεος ὁ Κόνωνος	13,38 αἰλιανοῦ· τιμόθεος ὁ κόνωνος
13,43	om.

Περὶ ὅρκου.

Flor. Laur. p. 171_{12}—$_{15}$.	Exc. Brux. f. 43ʳ.
27,1 (Κ)οιρίλλου. Ὅρκον δ' οὔτ'	27,1 αἰσχιλ (sic)· ὅρκον δ' οὔτ'
27,2	om.
27,3	om.
27,4 κόνου (sic; *num ex clausula eclogae praecedentis?* R. Schoell) (Ἄ)μφιδος. Ὅστις γὰρ	27,4 ὅστις γὰρ
27,5	om.
27,6	om.
27,7 (Π)ολλοδώρου. Μάστιγος οὔσης	27,7 μάστιγος οὔσης
27,8 Ὁ διδοὺς — πεπίστευκε τινί (sic)	27,8 ὁ διδοὺς — μαίνεται (om. v. 2 sqq.)
27,9	om.
27,10	om.
27,11	om.
27,12	om.
27,13 Εὐσεβίου. (Ἡ) πολλοὶ	27,13 εὐσεβίου· οἱ πολλοὶ
27,14	om.

Περὶ ἐπιορκίας.

Flor. Laur. p. 171_{18}—172_{12}.	Exc. Brux. f. 43^r—^{v}.
28,6 Εὐριπίδου· ἡ γλῶσσ' } consoc.	28,6 εὐριπίδου· ἡ γλῶσσ'
28,10 οὐ γὰρ ἀσύνετον }	28,10 οὐ γὰρ ἀσύνετον
28,12 Συγγνώμονάς τοι	28,12 συγγνώμονάς τοι
28,1	om.
28,2	om.
28,5	om.
28,7	om.
28,8	om.
28,3 Καλλικλέους. (Ὄ)μοσεν ἀλλὰ Μενάνδρου (?)· γυναικὶ δ' ὅστις	28,3 καλλιμάχου· ὤμοσεν γυναικὶ δ' ὅστις
(Δ)ιμοθέου. (Ὁ) θ' ὁ πτερωτὸς } cons.	om.
28,9 }	om.
28,11	om.
27,14 (Ὁ)ρησμός. Γλαῦκ' — ἀμείνων	om.
28,13	om.
28,14	om.
28,15	om.
28,16	om.
28,17	om.
28,18	om.
28,10 (repet.)	om.
28,4	om.

Περὶ αἰδοῦς.

Flor. Laur. p. 229_{20-25}.	Exc. Brux. f. 47^r—^{v}.
31,2	om.
31,1	om.
31,3 Ὦ πότνια αἰδώς } consoc.	31,3 ὦ πότνι' αἰδώς
31,15 }	om.
31,4	om.
31,5	om.
31,13	om.
31,14	om.
31,16	om.
31,17	om.
31,6 Μουσωνίου. Αἰδοῦς	31,6 μουσωνίου· αἰδοῦς
31,7 Δημοκρίτου. Φαῦλον	31,7 δημοκρίτου· φαῦλον
31,8	om.
31,9	om.
31,10	om.
31,11 Πλάτωνος. Μάλιστα	31,11 κάτωνος· μάλιστα
31,12	om.
31,18	om.

Περὶ ἀναιδείας.

Flor. Laur. p. 230_3—231_4.	Exc. Brux. f. 47^v.
32,5	om.
Αἰδὼς ἀπώλεσ' αὐτὸν	om.
Κἀγὼ μετ' ἀνδρῶν	om.
Τοῖς γὰρ κακῶς πράσσουσιν	om.
Ὦ παῖ, τὸ δεῖσθαι	om.
Ὁμήρου (sed in fine ecl. positum). Ὡς Ἀχιλεὺς	
ωκειῶν. Αἰδώς τοι ξυνετοῖσιν	om.
32,4	om.
32,1	om.
32,2	om.
32,7	om.
32,3	om.
32,6 Θεοδέκτου. Ἅπαντ' ἐν ἀνθρώποισι	32,6 ἅπαντ' ἐν ἀνθρώποισι
32,8	om.
32,9 Ξενοφῶντος παιδείᾳ. Ἕπεσθαι δὲ	32,9 ἕπεσθαι δὲ
Δημοσθένους. Καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων	om.
Ἐγὼ μὲν οἶμαι	om.
Θουκυδίδου. Πολέμιοί τε καὶ εὔβουλοι	om.

Περὶ ξένης.

Flor. Laur. p. 155_{30}—156_2.	Exc. Brux. f. 50^r—^{v}.
40,1. 2 consoc.	om. sed ecl. 2 exstat in cap. 39.
40,3. 4 Πλουτάρχου. (Ὅ)θεν εὖ μὲν	40,3. 4 πλουτάρχου· ὅθεν εὖ μὲν
40,5 Τὸ ἀληθέστατον	40,5 τὸ ἀληθέστατον
40,6 Δημοκρίτου. (Ἡ)ενιτείη } cons.	40,6 δημοκρίτου· ξενητείη
40,7 ἀνδρὶ σοφῷ } cons.	40,7 ἀνδρὶ σοφῷ
40,8	om.
40,9	om.

Περὶ νόμων καὶ ἐθῶν.

Flor. Laur. p. 150_{20}—151_6.	Exc. Brux. f. 55^v—57^r.
44,1	om.
44,2	om.
44,4	om.
44,6	om.
44,7	om.
44,3	om.
44,5	om.
44,8	om.
44,12	om.
44,13	om.

Flor. Laur.	Exc. Brux.
44,14	om.
44,15	om.
44,16	om.
44,17	om.
44,18	om.
44,19	om.
44,20. 21 Προοίμια νόμων. (Ζ)αλεύκου. Τοὺς κατοικοῦντας — βρόχου (totum)	44,20. 21 χερο (sic a m. rec.) προοίμια νόμων· τοὺς κατοικοῦντας — v. I p. 164_{23} M.). δαίμονας ἀλάστορας
44,23	om.
44,24—39	om.
44,40 (Χ)αρώνδα Καταναίου προοίμια νόμων. Τοὺς βελτιστους (sic) — τὰ παραγγέλματα (totum)	44,40 προσποιείσθω v. II p. 182_5 — ἀδικίαν p. 183_2; νομιζέσθο p. 183_{20} — πλημμελοῦντος p. 183_{21}; ὁ πλούτῳ p. 183_{26} — παραπέσῃ p. 183_{32}
44,41	om.
44,*41	om.
44,42	om.
44,43	om.
44,22	om.
44,22a	om.
44,9 (in fine paulo plenius quam edit.)	om.
44,10	om.
44,44 (in fine plenius quam edit., add. πρῶτον μὲν δὴ — καὶ πολύ γε)	44,44 (plenius quam edit., add. πρῶτον μὲν δὴ — καὶ πολύ γε)
44,45	om.
44,46	om.
44,47	om.
44,48	om.
44,50 (in fine multo plenius)	om.
44,51—60	om.
Νόμος (sic) ιά· Ὁ πωλῶν ὁτιοῦν — προδοσίας τῶν νόμων	om.
Ἐν ταυτῷ· (Ὁ) μικρὸν γένος — τοιαῦτα πάντα	om.
Ἐν ταυτῷ· Μαίνονται — τοῦ νομοθέτου	om.
44,61	om.
Νόμος β΄· Τοὺς τῇ πατρίδι — ἁλοὺς τῇ δίκῃ	om.

Habes ante oculos, quaecumque in Brux. et Laur. simul exscripta comparari possunt. Nolui autem quidquam praetermittere, ne callide rem meo consilio composuisse videar. Iam si tuis oculis fidem habebis, consensus is est qui prolixiore commentario vix egeat. Laurentianum ubique locupletiorem esse quam Bruxellensis excerpta consentaneum est. Lemmata nonnulla videntur esse quibus ille careat (5, 13. ecl. post 5, 44. 5, 66. 6, 15. 6, 43. 6, 45. ecl. post 6, 53. 6, 55), sed alia eiusdem auctoris exempla ibi prae-

cedere sciendum est. Quod vero gravissimum est, etiam in eis capitibus, quorum dispositio ab editis diversa est, alter cum altero ita congruit, ut hoc uno argumento id quod supra dixi haud ambigue evincatur. Differentiae in his tabulis paene nullae. Levioris momenti est quod capitis sexti eclogae 48 et 51 inverso ordine se excipiunt. Alterutrius enim codicis errorem adiuverit, quod duae eclogae Pythagoreae ab eisdem fere verbis incipiunt, ab ἐλεύθερον ἀδύνατον ecl. 48, ab οὐδεὶς ἐλεύθερος ecl. 51. Adde quod quinti capitis par eclogarum 123 et 74 in Brux. excipitur potius eclogis 130 et 121, quae cum ecl. 135 praecedant in Laur. Denique discrepare videntur in ecl. 40, 2, de qua infra sermo erit. Alia quibus discordant inter se non reperies. Duae autem vel tres quae sunt etsi leviores discrepantiae vix dubito quin ortae sint Bruxellensis neglegentia. Nam loco illi quo iam supra intellectum est Bruxellensem nonnumquam a genuino eclogarum ordine descivisse, aliud exemplum addere licet idque certissimum. In capite octavo eclogis 14. 15. 16 i. e. tribus prosae orationis praeter aliorum codicum ordinem adnectitur ecl. 13 qui sunt duo versus Archelai Euripideae. Sed verum esse vulgarem ordinem cum A S librorum consensu suboleat (14 om. S T) tum confirmatur certa illa observatione qua Stobaeum poetarum locos semper in capitum initiis collocasse scimus. Conficitur vero res eo, quod eclogarum par 5, 123 et 74 eandem atque in Laurentiano sedem etiam in Parisino habet. Ut igitur cavendum est ne in Bruxellensem cadere negemus quod omnium Stobaei codicum plus minus commune est, ita duobus tribusve locis ubi a vetere ordine recessisse tabulis convincitur, cognationis vinculum quo Brux. et Laur. inter se continentur relaxari nequit. Quam cognationem non verendum est ne quis ita interpretetur, quasi singulari eclogarum ordo in quo ambo conspirant non ex libro quodam Stobaeano fluxerit sed is sit quem excerptor nescio quis Laurentiano antiquior suo Marte induxerit. Si quid video concideret eiusmodi suspicio non modo artificiis quibus im-

plicaretur sed omnium eorum vi coniuncta quae supra in memoriam revocata sunt de ratione Stobaeum exscribendi a Laurentiano adhibita. Denique ut quasi stirpitus de re dubitatio eximatur, fit Parisini et Escorialensis miro in re mira consensu. Quos libros ubi de Bruxellensis vel etiam de Laurentiani auctoritate agitur ne praetermittamus iam supra monui ratione praescribi.

Quodsi nunc codicem A, nonnumquam etiam M in partes voco, praemonendum est rationis lineamenta quaedam hodie ostendere mihi in animo esse, non expressam rei imaginem. Ut paucis me contineam, complures suadent causae gravissimae. Primum eis quae hodie de Escorialensi cognita habeo ordinis eclogarum non ubique ita ratio habetur ut par est. Ut haud raro ad solum Parisinum confugiendum sit, qui licet veteris ordinis satis tenax sit, tamen ubi desciverit a communi recensione facilius diiudicari poterit Escorialensi simul adhibito. Praeterea eclogarum ordo quem expressit Parisinus nunc etiam foliorum traiectionibus haud paucis turbatus est. Quod incommodum quamquam perspicio qua ratione expediri possit (cf. Gaisfordus t. IV p. 353 sq. ed. Lips.), tamen maior est quaestio quam quae in transcursu absolvatur. Neque res ad umbilicum adduci poterit, nisi etiam in Trincavellianae (T) originem diligentius inquisitum erit. Sic paucis observationibus eisque quae ad confirmandam Bruxellensis auctoritatem hodie sufficere existimem hoc programma contineri volo. De Escorialensi autem nihil nunc dico nisi ubi de ordine eclogarum diserte aliquid enotatum habeo. Ad manus mihi est collatio primi voluminis Gaisfordiani a docto quodam Batavo olim in G. Dindorfii usum confecta (cf. G. Dindorf Philol. t. XVII p. 337). Parisini bonam partem ipse contuli, plura mihi paravit Segofredi Mekleri diligentia.

Ne longius circumspiciamus, exordium sumunt excerpta Bruxellensia f. 1r ab ecl. 1, 29 Πυθαγόρας ἔφη κτέ., quae excipitur verbis ἀνανεούσθω σοι ὁ περὶ τῶν ἀγαθῶν λόγος καθημέραν μᾶλλον ἢ τὰ σιτία, dein tertia adiungitur 1, 19 ἄγρυπνος ἔσο κτέ.

Idem earundem ordo est in A f. 214v. Erravit enim Gaisfordus v. IV p. 353 ed. Lips. cum verba Πυθαγόρου· ἀνανεούσθω κτέ. in A post ecl. 1, 30 legi adnotavit. Quid quod etiam in Escorialensi exstant verba ἀνανεούσθω σοι — σιτία ante ecl. 1, 19, qua de re olim certiorem me fecit Carolus Graux, cui plura disserere etiam de Mendozae codice in animo erat (cf. Arch. d. miss. scient. et litt. III 5 p. 133). Est egregius in egregio loco consensus. Nam genuinum esse ordinem quem tres pariter codices commendant ἀνανεούσθω σοι ... ἄγρυπνος ἔσο ... inde quam maxime probabile fit quod Stobaeus Flor. 1,19—28 Pythagoreorum collectionem expilavit quae secundum ordinem litterarum disposita erat ita ut primae tantum litterae ratio haberetur. Perspexit rem Gildemeisterus in Herm. v. IV p. 81 sq. In eodem *primo* capite Brux. f. 2r eclogae 1,32 praemittitur ecl. 5, 127, quam etiam M in primo capite exhibet. Plane vero consentit A f. 214v. Alia numeris tantum indicentur: in A f. 6v sqq. exhibent se eclogae 1, 101. 102. 103. 92. 84, idem ordo in Brux. f. 2v sqq. nisi quod omittitur ecl. 102 et 92. Vel denique hosce numeros quaeso inter se contendas:

A	Exc. Brux.
1,76 f. 23v sq.	1,76 f. 8v sqq.
1,77	om.
1,79	1,79
1,64	1,64
1,64 perg. f. 19r sq.	
1,69	1,69
1,67	1,67
1,68	1,68
1,53	om.
1,62	1,62
1,63	1,63
1,87	1,87
1,88	1,88

Largieris opinor eam recensionem ex qua Parisinus derivatus est Bruxellensi fuisse consimilem. Quamquam consentaneum est non ubique tam certum crebrumque consensum inter eos intercedere ut in primo capite. Quod supra de Bruxellensi intellectum est, idem nimirum cadit in Parisinum: temporum

decursu a pristino libri ordine librarii vel excerptores plus minus deficiebant, non numquam ut vera imago aut prorsus obscurata sit aut opus sit operosae disputationis ambagibus, si quis ordinem redintegrare volet. Sed hoc simul observari potest: etiam ubi alteruter vel A vel Brux. suum potius arbitrium quam communem utriusque fontem sequebantur, pristini ordinis vestigia haud pauca remanserunt. Mitto caput *secundum*, quo laesum esse genuinum ordinem in A vel inde patet, quod fere similiter atque in editis poetarum eclogae non uno tenore exscribuntur. In capite *tertio* quod περὶ φρονήσεως inscribitur quamvis in singulis discedant uterque tamen ab eadem incipit ecloga Menandrea ἅπαντα δοῦλα τῷ (τοῦ A) φρονεῖν καθίσταται (3,11). Deinde haec apud eos eodem ordine decurrunt: 55. 49. [50. 51. om. Brux.] 45. Capiti *quarto* a Brux. inseritur ecl. 8, 22, item a Parisino et Escorialensi. *Quinti* capitis hasce eclogas ex ordine Parisini adscribo: f. 13ᵛ sq. 119. 120. 136. 118. 128. 130. 121. 122. 123. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. Quam dispositionem si quis componat cum ordine Bruxellensis Laurentianique supra exhibito, Laurentiani potissimum ordinis similitudinem agnoscet. Nec non in his cum A consentiunt Laur. et Brux.: 5, 83. [59 om. Brux.] 60. 61. Discrepant inter se in capite *sexto*. Sed ut in Laur. sic etiam in Parisino ecl. 6, 17 et 6, 38 vicinae exstant et quod gravius est a quibus in Laur. caput incipit 6, 22. 18. 19. 20. 21 e. q. s., ab eisdem etiam in A initium sumit (f. 15ʳ) nimirum ab eclogis 18. 19. 20. 21. 22 e. q. s., ut unus tantum numerus 22 in alterutro (opinor in A) sua sede expulsus sit. Quid hoc ordine lucremur in propatulo est: poetarum versus nunc etiam in sexto capite agmen ducunt, quod misere neglegitur in editis. *Septimi* capitis ecl. 75 in Brux. datur capiti primo, item in A et M. Nec non eo consentiunt tres codices quod eclogae priorem tantum partem exhibent usque ad ἐπιγελάσαι v. I p. 178_{23} M. Etiam hoc loco aberravit Gaisfordus. Notam [d] apud Gaisf.: 'λέγεται

Hinc usque ad fin. om. A' refer potius ad verba quae insequuntur λέγεται δὲ καὶ Ἄνυτον p. 178_{23}, non quo nunc spectare ille adnotavit homoeoteleuto nimirum deceptus. — Ceterum cavendum est ne obiter numeros respiciens citius vulgarem ordinem in Brux. deprehendisse tibi videaris. Velut capitis *duodecimi* eclogae sic se excipiunt 1. 4. 5. 14. 18. 20, ut vulgatae ordo exhiberi videatur nonnullis omissis. Aliter iudicabis si codicem A inspexeris. Ut ab extremis exordiar, etiam in A ecl. 18 et 20 se excipiunt scilicet ecloga 19 ante 18 posita, eodem ordine quo in M (quod mihi olim enotavit A. Torstrik). In initio vero quae desunt eclogae 2 et 3, item desunt in A M, ut eadem dispositio etiam in A evadat 1. 4. 5, diversa ab ST, quorum ordo hic est: 1. 2. 3. 4. 5. Quod autem in Brux. cavendum dixi, idem de reliquis dictum volo. Vulgarem fere ordinem exhibet A in capite *decimo tertio.* Sed hic quoque altius rimanti veteris dispositionis vestigia comparent. Nam quod eclogae 38 et 43 in A et M omissae sunt, id certe facilem explicatum habet, si modo hoc eclogarum par sedem in vetustiore ordine olim extremam habuisse Laurentiani et Bruxellensis consensu nunc probabile est. Cum editis autem facit Vindobonensis. Mitto alia eiusmodi congruentiarum quae in promptu sunt exempla quamvis ad id quod dixi comprobandum non minus idonea. Sed claudat agmen quaedam de lemmatis observatio. Lemmata quantum interdum valeant etiam ad verum eclogarum ordinem recuperandum iam ab aliis intellectum est (cf. Wachsmuthius 'Stud'. p. 108). Unum nunc profero exemplum, quo etiam lacunis codicis Brux. aliquid luminis adspergatur. Caput *undecimum* hisce concluditur in Brux.:

11, 25 πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι θεοῖς ὅμοιον ἔφη "ἐὰν ἀληθεύωσιν".

11, 14 Ἡροδότου.

Ἀλήθεια μέν, ὥσπερ καὶ τοὔνομα δηλοῖ — καὶ ἐξαπατᾷ.

Ut miro errore Herodoti nomen nunc Iamblichi eclogae 11,14

praefixum sit. Excidisse autem aliquem locum iam Laurentiano collato elucet, qui inter duas eclogae 11, 25 particulas i. e. post ἀληθεύωσιν habet lemma Ἡροδότου ἱστοριῶν Γ, spectans ad ecl. 12, 23 post 11, 25ᵇ exhibitam. Rem vero conficit A M S librorum comparatio. Miro enim consensu post ecl. 11, 25 i. e. post ψυχὴν ἀληθείᾳ eclogam addunt 12, 23 Ἡροδότου ἱστορίας γ' (sic A M). ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Nihil igitur magis perspicuum est quam ordinem quem Bruxellensis Laurentianusque exscripserunt fuisse hunc:

11, 25ᵃ Πυθαγόρου.

Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι θεοῖς ὅμοιον ἔφη "ἐὰν ἀληθεύωσιν."

Ἡροδότου (ἱστορίας γ'.

11, 25ᵇ

οἱ δὲ μάγοι ἀποφαίνονται τοῦ μεγίστου τῶν θεῶν — ἀληθείᾳ.

12, 23

ἔνθα γάρ τι δεῖ καὶ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω.

11, 14 Ἰαμβλίχου Σωπάτρῳ.)

Ἀλήθεια μέν, ὥσπερ καὶ τοὔνομα δηλοῖ — ἐξαπατᾷ.

Omissis enim in Brux. verbis quae uncis inclusimus nobile Herodoti nomen cum Iamblichi ambagibus societatem iniit. Eclogarum priorum eundem ordinem fuisse in codicibus Schowii inde manifestum est, quod etiam in Schowii editione Herodoti lemma falso copulatur cum ecl. 11, 25ᵇ. Codices A M ita tantum hoc loco paululum discrepant, quod perversa lemmatis traiectione vitata loco Herodoteo (12, 23) etiam nomen Herodoti inditum est. Quod autem eclogam 11, 14 A M omittunt, nunc facile est expeditu: eclogam hanc in codice quem exscripserunt capitis extremum locum habuisse ex Laurentiano Bruxellensique intellegitur. Contra idem atque in editis locus huic eclogae tribuitur a Vindobonensi, quem compluribus locis cum A M discrepare vidimus.

Iam ut rem comprehendam, quod ex hac Bruxellensis Laurentianique cum M A congruentia consequitur eis quae supra

disputavi quasi cumulum addit. Ordo a vulgata diversus, quo Brux. cum Laur. conspirat, tantum abest ut a gnomologii nescio quo conditore per arbitrium invectus sit, ut cum libris Stobaeanis, praecipue cum ea recensione quae hodie libro Escorialensi Parisinoque repraesentatur artissimis societatis vinculis cohaereat. Ut in operis Stobaeani fatis paene nihil inauditum est, sic nunc evenit quod hercle omnium minime exspectari poterat: codex aetate facile recentissimus ideoque in singulis male habitus subito inter antiquissimos testes sedem suam recuperat. Nam ut ea nunc mittam quae de codice Photiano ratiocinando adsequimur, praeter ipsum Laurentianum quem ex consimili sed quo etiam libri duo priores continerentur exemplari propagatum esse intelleximus, vix antiquior hodie Florilegii q. d. codex poterit definiri quam is ex quo derivata sunt excerpta Bruxellensia.

Qua perspecta origine etiam hoc quod antea mirandum erat nunc sponte intellegitur in contextu Florilegii nonnumquam solo Bruxellensi veram lectionem servatam esse. In universum iam supra contextus indolem fere eandem esse monui atque codicis A. Res tibi persuadebitur, si Thomae collationem typis expressam vel cum Gaisfordiano apparatu contenderis. Neque enim eo moveberis, quod recens apographum tot novas labes contraxit. Sed sunt quibus re vera discrepent, nimirum ubi etiam Laur. cum A dissentit, velut magna illa in contextu ecl. 5, 75 differentia nec non traiectione in 11, 23 supra exhibita, aliis. Ubi igitur Laurentiano caremus, Bruxellensis libri contextum nonnumquam esse Parisino praestabiliorem sperandum est. Nec frustraberis hac exspectatione. Primum huc referendum est quod egregiis lectionibus hic illic cum Vindobonensi potius congruit. Sic 29, 75 extr. in verbis ταῦτα μὲν καὶ τοιαῦθ' ἕτερα εἶπε τότε, ἐπεγείρων καὶ παρορμῶν τοὺς παρόντας πόνου μὴ καταφρονεῖν id quod in A T est μὴ recte omisisse Bruxellensem Thomas intellexit l. s. s. p. 35 conl. lemmate Μουσωνίου ἐκ τοῦ ὅτι πόνου καταφρονητέον. Et deest μὴ etiam in S; 34, 6 pro δύο καιροὺς ποιοῦ τοῦ λέγειν Brux. habet

δύο ποιοῦ καιροὺς τ. λ., quam veram lectionem esse confirmatur et Vind. et Max. p. 597 Comb.; 16, 12 p. 273_{15} et in Brux. et in S T est lectio fortasse haud spernenda ὦ (pro ὡς) δυστυχεῖς, ὅσοισι τοῦ κέρδους χάριν κτἑ. Multo vero maior est earum lectionum numerus, quibus ut dixi Brux. verum vel solus servavit. Bonae notae lectiones quas Bevingius commendaverat plerumque recepit Meinekius. Largiorem messem obfert Thomana collatio. Ut unum alterumve exemplum promam, in ecloga Pythagorea 24, 8 rectiore ordine exhibet Brux. κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν ἢ ὁ τῷ σώματι βασανιζόμενος καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος, quod Thomas l. s. p. 33 iure praetulit verbis obscuris in A S T βασανιζόμενος ἢ ὁ τῷ σώματι. Idem recte iterum commendavit p. 31 egregiam codicis lectionem in ecloga 19, 16 spretam illam quidem a Meinekio v. I p. 305_5, quam Bevingius iam obtulerat p. 21. Recentiorum coniecturae haud raro confirmantur: in Musonii enuntiato 5, 76 ἐστι quod ante τῆς ἀκρασίας legitur abesse maluit Meinekius propter membrorum concinnitatem, frustra quaeritur in Brux. et in Laur. Quod idem coniecit προέλθοι pro προσέλθοι 19, 16 I p. 304_6 ex Brux. recipere potuit, nec non ἄτοπον quod pro absurdo ἄπονον 20, 55 voluit Gaisfordus. Ad 22, 26 p. 339_1 haec adnotavit Meinekius Add. p. LXI: *nihili est verbum* ἀλαζονέω, *scribendum* ἂν ἀλαζὼν ᾖς idque ipsum exstat in Brux. In ecl. 44, 20. 21 v. II p. 163_{18} καὶ particulam ante ἀναβλέποντας uncis saepserat Heynius, quam ignorat Brux. Idem dicendum est de simili quadam Nauckii correctione in ecl. 46, 78. Memoria dignae erunt variae lectiones in Hieroclis loco 39, 34 p. 61_{11} sqq., quibus de Thomae collationem adeas. Maiorem curam postulat ecloga 5, 75, ubi Bruxellensis cum Laur. cognatio etiam gravissima lectionum diversitate (cf. Thomae coll. p. 20) comprobatur; 17, 20, aliae, quae in transcursu non possint tractari. Ceterum vix iterum monendum est in singulis summa cautione opus esse. Nihil enim magis consentaneum quam in apographo tam recentis aetatis vetustioribus

quae textui inhaerebant maculis etiam novas haud paucas accrevisse. Quod iam supra in clara luce positum est. Maxime vero cavendum erit ne quis decipiatur glossematum vel interpretamentorum specie interdum fallaci (cf. Thomae coll. ecl. 5, 41. 67. 68. 6, 48. 9, 46. 53. 19, 6 al.) vel etiam verborum traiectionibus, in quibus ut bonas non nego mixtas esse malis, ita pleraeque perversae sunt vel inutiles, velut conferas apud Thomam 3, 61. 4, 102. 5, 54. 74. 7, 74. 15, 12. 17, 21. 18, 38. 19, 13. 20, 48. 59. 25, 4. 37, 33. 38, 29. 43, 140. 44, 20. 21. 44.

Nisi igitur obliviscimur recentis apographi aetatis, etiam singularum lectionum bonitate id quod supra evicimus confirmatur. Pluris autem refert ex eodem fonte novis quibusdam ditari Stobaeum. Nam quod olim temere ac paene furtim sibi indulgebant editores ut Florilegium Stobaei locupletius redderent sive Laurentianum exscribendo, velut Gaisfordus 5, 75 extr., sive adhibendo Bruxellensem velut Meinekius 3, 80 extr. p. 92_{2-7}, cum alia eius generis spernerent sine ratione ut puta quae iam Bevingius l. s. s. p. 13 eclogae 3, 79 β accrescere adnotaverat (cf. P. Thomas l. s. s. p. 12), id circumspecto iudicio nos nunc ubique adgrediamur necesse erit, nisi crisin Stobaeanam etiam in posterum volemus misere titubare. Aut redarguas si possunt redargui quae supra disputavi, aut sub examen mecum voces Laurentiani Bruxellensisque copias, ne quasi inops maneat Stobaeus in magna opum affluentia.

Quamquam cum florilegio Laurentiano hodie nobis non res est nisi propter Bruxellensem. Ac ne hunc quidem hac occasione curo plene exhaurire satis contentus si, quod supra promisi, quanti habendus sit codex ea qua par est diligentia disputasse iudicor. Sed ut novorum adpetentibus aliquatenus satisfiat, promo triadem eclogarum quas aliunde non novi nec legere se meminerunt amici.

Atque in primo capite inter ecl. 5, 125 et 1, 58 f. 18^v et 19^r longius legitur Iamblichi fragmentum quod sic inscribitur ἰαμ-

βλίχου ἐκ τῆς πρὸς Φῶτ (sic) ἐπιστολῆς, περὶ ἀρετῆς. Est igitur fragmentum epistulae de virtute ad *Sopatrum* datae, quam ita saepe exscripsit Stobaeus (cf. Meinekii praef. ad Fl. v. I. p. V; Elterum p. 20 n. 3) ut si in ipso περὶ ἀρετῆς capite semel tantum respiceretur (ecl. 60, ubi πρὸς Σώπατρον recte Meinekius), paene mirum esset. Φῶτ corruptela paulo gravior in quam Σώπατρον abiit ne cui scrupulum moveat, conferatur ecloga 103, 23 quae Ἰαμβλίχου Σωπάτρῳ περὶ ἀρετῆς inscripta fontem ineditae etiam consimili oratione aperit.

Excerptum Bruxellense hoc est:

Ἰαμβλίχου ἐκ τῆς πρὸς Σώπατρον ἐπιστολῆς περὶ ἀρετῆς: ~ οὐκοῦν καὶ διὰ νοῦ καθαροῦ καὶ ἀπολυομένου πάσης σωματοειδοῦς διαμορφώσεως ἡ θέα τῆς ἀρετῆς περιγίγνεται· ‖ τὸ δ' ὁποῖον τί ἐστιν ὧδε ἄν τις καταμάθοι· κάλλος καὶ συμμετρία καὶ ἀλήθεια, ταυτότης τε ἀμετάστατος καὶ ἁπλότης, ἐξῃρημένη τε ἀπὸ τῶν ἄλλων ὑπεροχή, τελειότης τε ἀνυπέρβλητος καὶ ἀκρότης τῶν ὄντων, καθαρότης τε ὑπεραίρουσα πάντα καὶ ἄμικτος. εἰ δὲ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα ἓν δεῖγμα αὐτοῦ παρέχεται ἱκανόν, ὁπότε δὴ οὖν τὸ νοητὸν εἶδος κατίδοις τῆς ἀρετῆς, θεώρει τοῦτο λοιπὸν ἀφ' ἑαυτοῦ περὶ πᾶσαν ζωὴν ἀμερίστως μεριζόμενον τρόπον τινὰ τοιοῦτον, ὡς πληθυομένων τῶν μεταλαμβανόντων μένειν αὐτὸ ἕν, καὶ παντὶ μεριζομένων περὶ αὐτὸ ἀμέριστον αὐτὸ ὑπάρχειν, καὶ γιγνομένων καὶ ἀπολλυμένων ἐκείνων ἀγέννητον αὐτὸ εἶναι καὶ ἄφθαρτον, καὶ εἰς ἀνομοιότητα προχωρούντων τὸ αὐτὸ ἀεὶ διαμένειν μήτε κινούμενον ἀπὸ τῆς προόδου τῶν γιγνομένων μήτε διιστάμενον ἀφ' ἑαυτοῦ διὰ τὴν ἐν πᾶσι τοῖς διεστηκόσι παρουσίαν μήτε αὐτοῖς συμφερόμενον ἢ συναυξανόμενον ἤ τινα ἄλλην ἀπ' αὐτῶν δεχόμενον ἀλλοίωσιν. καίτοι οὕτως αὐτὸ κατόψει τὸ αὐτὸ ὅλον ἐν πᾶσι παρὸν μετὰ τοῦ μένειν ἑκάστου τὴν οὐσίαν τῶν μετεχόντων καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπόστασιν ἕκαστον βέλτιστον γίγνεσθαι. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον καὶ τοὺς ἀνθρώπους διακοσμεῖ τοῖς καλλίστοις ὅροις, νοεραῖς μὲν ἐνεργείαις ἀκροτάταις, λόγοις δὲ τῆς ψυχῆς τελειοτάτοις, ζωῆς δὲ δυνάμεσιν ὑπερεχούσαις πᾶσαν γένεσιν: ~

1 Φωτ cod. 3 περιγίνεται cod. ἐστιν in ras. 11 πάντων I. Steup. num πάντῃ? 16 ἀπ' αὐτῶν P. Thomas: ἁπάντων cod. 20 δώροις ci. P. Thomas.

Addo eclogam ex capite vicesimo quod in Brux. f. 38r sic inscribitur περὶ ὀργῆς, θυμοῦ, ἔριδος καὶ φιλονεικίας. Interpolatam esse hanc inscriptionem arguit Photius qui solum περὶ ὀργῆς habet, quod etiam in reliquis, quoad scio, legitur. Neque vicinitate sua commendatur nova ecloga. Praecedit ecl. 4, 3 quae iam supra f. 23r in quarto capite legebatur, insequuntur Aeschyli Promethei duo versus 379 sq., quorum fidem hoc loco paulo sublestiorem esse demonstrare possum. Sed longiore disputatione opus esset. Fortasse alii mihi fragmenti originem indicabunt, sic autem legitur in cod. f. 38r—v:

καρπὸν γὰρ ἐς βαθεῖαν ἄμμον ἐκχέας
οὔποτ' αὖθις ἐκλέξῃ πάλιν·
οὐδ' ἄνδρ' ἑταῖρον ‖ ἢν ἀποτείνῃς ἅπαξ

Lemmate caret locus nec versibus discriptus erat. Pro ἐς βαθεῖαν ἄμμον (cf. Plut. Fab. c. 6 et Crass. c. 22 ἄμμου βαθείας) Nauckius praetulerit ἄμμον ἐς βαθεῖαν. Si obiter legas eclogam titulique περὶ ὀργῆς ut par est habeas rationem, nescio an in mentem tibi veniat Aeschyli (Eum. 637 sq.) ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις Ἅπαξ θανόντος, οὔτις ἔστ' ἀνάστασις. Ut verba ἢν ἀποτείνῃς ἅπαξ, a quibus versum folium incipit, in ἢν ἀπο⟨κ⟩τείνῃς ἅπαξ corrigenda esse paene certum videretur. Sed sententiae huic imago qua poeta usus est καρπὸν γὰρ κτέ. vereor ne non satis congruat. Neque igitur in versu altero metri fulcris velut οὐ ⟨πώ⟩ποτ' ⟨αὐτὸν⟩ αὖθις κτέ. similibusve res expedita sit. Si ex duobus enuntiatis comparatio saltem esset integra, pro re nata etiam alterum membrum facilius esset ad restituendum: nunc ambo manca sunt, alterum etiam corruptum. Comparationi aculeum reddere conatur sic Gomperzius ⟨ἀκέραιον⟩ οὔποτ' αὖθις ἐκλέξει πάλιν, idem in fine dubitanter ἢν ἀποξεινοῖς ἅπαξ. Cuius modi sententia si latet hoc loco, nescio an cuipiam magis placeat ἢν ἀπο⟨σ⟩τείλῃς ἅπαξ, quod eis quae sequebantur accuratius

definiri poterat, velut sic: ἣν ἀποστείλῃς ἅπαξ <Δόμων ἄτιμον . . .>, cf. Soph. El. v. 71 καὶ μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς aliaque id genus haud pauca apud Euripidem.

Tertius locus quem addo auxilio critico non eget, nisi quod lemma Aristophanis scrupulum moveat. Legitur in capite undequadragesimo sic f. 49ᵛ:

ἀριστοφάνους: πατρὶς δὲ πᾶσα τῷ πένητι προσφιλής,
ἀφ' ἧς τροφήν τε καὶ τὸ μὴ πεινῆν ἔχει.

Sequitur ecl. 39, 29. Sed praecedit capitis quadragesimi ecl. 2 εὐριπίδου· ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ, quam suo loco dari a Laurentiano cum ecl. 40, 1 consociatam supra indicatum est p. 22. Praetervidit rem Sartius. Nisi igitur frustulum 40, 2 bis positum erat a Stobaeo et in capite περὶ πατρίδος et sub titulo περὶ ξένης (de locis ab ipso Stobaeo plus semel exscriptis alias de industria disserendum erit), Bruxellensem hoc loco genuinum ordinem deseruisse suspicabimur. Suspicionem auget quod eclogam 40, 2 Bruxellensis nunc certe in capite quadragesimo non habet. Item semel, sed suo loco habent A S T. Non deerunt qui hinc etiam eclogae πατρὶς δὲ πᾶσα κτέ. fidem Stobaeanam paululum labefactari censeant.

Ut ne quid alienae originis Stobaeo inferatur ex apographo recentiore, dubitationes si quae obstrepere possint ne levissimas quidem praeterii. Scrupulosius pro re nata examinanda sunt quae solus habet Bruxellensis suspecto praesertim ordine. Eo paratiores sumus Stobaeo vindicare quae Brux. cum Laurentiano habet communia. Unum saltem nunc ex locis supra indicatis eligo quem corollarii instar adnectam. Est ecloga quae sic legitur apud Meinekium v. IV p. 180:

. . χφ.
Τὸ γὰρ πρᾶγμ' αὐτό μοι καλῶς ἔχον
Καλοὺς παρασχεῖν τοὺς λόγους δυνήσεται.

Ut versum ἀκέφαλον redintegraremus et Nauckius olim et ego operam dabamus. Neuter verum adsecutus est nec ut tunc res

erat adsequi poteramus. Nam . . χφ illud, quod extra versum lemmatis loco exhibent editores, teste Rudolpho Schoellio sic potius legitur in flor. Laur. cum primi versus initio coniunctum: (?)χω τὸ γὰρ κτἑ. Consentit Bruxellensis qui haec habet f. 33r ἔχω· τὸ γὰρ πρᾶγμ' κτἑ.

Neque igitur de lemmate agitur sed de ipsius fragmenti initio. ἔχω autem quod legitur quo modo ex eis quae antecedebant lucem suam acceperit aegre dispicias, integra enim sententia in principio exspectatur antequam causa addatur τὸ γὰρ πρᾶγμ' κτἑ. Leni supplemento nunc scripserim ⟨ἐπ⟩έχω· τὸ γὰρ πρᾶγμ' αὐτό μοι καλῶς ἔχον Καλοὺς παρασχεῖν τοὺς λόγους δυνήσεται. Quod si verum est, nunc adpareat paulo propius ad poetae manum olim accessisse Nauckium cum σιγῶ coniceret. Cuiusnam poetae sint versiculi non additur, sed poterit demonstrari. Quamquam falleretur si quis inde quod in Brux. versus Aiacis Sophocleae qui insequuntur (13, 3) solo fabulae titulo ἐξ αἴαντος inscripti sunt, etiam illos fuisse Sophocleos conicere properaret. Immo apud Stobaeum inter adespoton nostrum et 13, 3 haud paucas alias eclogas interpositas fuisse docet Laurentianus loco supra exhibito. Hic igitur, non Bruxellensis de versuum auctore consulendus est. Exstat autem ecloga, ut vidimus, in mediis Euripideis, quarum haud exiguo numero utrimque circumcluditur, ut veri sit simillimum, paene dixi certum ipsam quoque esse Euripideam. Proxime autem praecedunt et in Laur. et in Brux. duo versus ἐξ 'Αντιγόνης, quam Euripideam esse inter doctos constat (cf. Nauckius ad Eur. fr. 165), sequuntur in Laur. duo versus ex eiusdem poetae Archelao (34, 2) lemmate omisso. De dramate quamquam coniecturam facere vix pericliter, si quis tamen de eadem Antigona cuius duo versus praecedunt cogitaverit, haud ita adversabor. Fortasse Haemo facti apud Euripidem socius vel ipsa virago nobile suum facinus ostentat quod se ipsum laudet nec auctorum defensione indigeat.

erat adsequi poteramus. Nam . . χφ illud, quod extra versum lemmatis loco exhibent editores, teste Rudolpho Schoellio sic potius legitur in flor. Laur. cum primi versus initio coniunctum: (?)χω τὸ γὰρ κτὲ. Consentit Bruxellensis qui haec habet f. 33r ἔχω· τὸ γὰρ πρᾶγμ' κτέ.

Neque igitur de lemmate agitur sed de ipsius fragmenti initio. ἔχω autem quod legitur quo modo ex eis quae antecedebant lucem suam acceperit aegre dispicias, integra enim sententia in principio exspectatur antequam causa addatur τὸ γὰρ πρᾶγμ' κτέ. Leni supplemento nunc scripserim ⟨ἐπ⟩έχω· τὸ γὰρ πρᾶγμ' αὐτό μοι καλῶς ἔχον Καλοὺς παρασχεῖν τοὺς λόγους δυνήσεται. Quod si verum est, nunc adpareat paulo propius ad poetae manum olim accessisse Nauckium cum σιγῶ coniceret. Cuiusnam poetae sint versiculi non additur, sed poterit demonstrari. Quamquam falleretur si quis inde quod in Brux. versus Aiacis Sophocleae qui insequuntur (13, 3) solo fabulae titulo ἐξ αἴαντος inscripti sunt, etiam illos fuisse Sophocleos conicere properaret. Immo apud Stobaeum inter adespoton nostrum et 13, 3 haud paucas alias eclogas interpositas fuisse docet Laurentianus loco supra exhibito. Hic igitur, non Bruxellensis de versuum auctore consulendus est. Exstat autem ecloga, ut vidimus, in mediis Euripideis, quarum haud exiguo numero utrimque circumcluditur, ut veri sit simillimum, paene dixi certum ipsam quoque esse Euripideam. Proxime autem praecedunt et in Laur. et in Brux. duo versus ἐξ Ἀντιγόνης, quam Euripideam esse inter doctos constat (cf. Nauckius ad Eur. fr. 165), sequuntur in Laur. duo versus ex eiusdem poetae Archelao (34, 2) lemmate omisso. De dramate quamquam coniecturam facere vix pericliter, si quis tamen de eadem Antigona cuius duo versus praecedunt cogitaverit, haud ita adversabor. Fortasse Haemo facti apud Euripidem socius vel ipsa virago nobile suum facinus ostentat quod se ipsum laudet nec auctorum defensione indigeat.

Classische Philologie.

Bionis et Moschi carmina ex codicibus Italis a se collatis edidit Chr. Ziegler. 8. 1868. (VII. 51 S.) M. 1. 50.

Daub, A., Studien zu den Biographika des Suidas. Zugleich ein Beitrag zur griechischen Litteraturgeschichte. 8. 1882. (IV. 157 S.) „ 4. —

Festschrift zur XXIV. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Heidelberg. Zwei Abhandlungen von Köchly und Stark. Mit 2 Tafeln. 4. 1865. (XXVII. 44 S.) „ 1. 60.

I. De Musaei grammatici codice Palatino scripsit variarum lectionum lancem saturam adiecit Köchly.

II. Zwei Mithraeen der grossherzoglichen Alterthümersammlung in Karlsruhe von Stark.

Festschrift zur Begrüssung der in Karlsruhe vom 27.–30. September 1882 tagenden XXXVI. Philologen-Versammlung. Verfasst von den philologischen Collegen der Heidelberger Universität. Gross 8. 1882. (124 Seiten) „ 4. 50.

Inhalt: Die Wiener Apophthegmen-Sammlung. Herausgegeben und besprochen von Professor Dr. Curt Wachsmuth. — Zu den sogenannten Proverbia Alexandrea des Pseudo-Plutarch (cod. Laur. pl. 80, 13). Von Fritz Schoell. — Zur Wiederherstellung des ältesten occidentalischen Compendiums der Grammatik. Von G. Uhlig. — Die Periochae des Livius. Von Karl Zangemeister. — Bemerkungen zur Würzburger Phineusschale. Mit 2 Abbildungen. Von F. von Duhn.

Hug, Arnold, Studien aus dem classischen Alterthum. Erstes Heft. 8. 1881. (VIII. 200 S.) „ 4. —

Inhalt: Bezirke, Gemeinden und Bürgerrecht in Attika. — Demosthenes als politischer Denker. — Die Frage der doppelten Lesung und die sogenannte probuleumatische Formel. — Antiochia und der Aufstand des Jahres 387 n. Chr.

Kayser, C. L., notae criticae in Philostrati vitas Sophistarum. Klein 8. 1831. (54 S.) „ — 80.

Verlag der Akademischen Verlagsbuchhandlung von J. C. B. Mohr
(Paul Siebeck) in Freiburg i. B. und Tübingen.

Classische Philologie.

Kayser, C. L., **disputatio de diversa Homericorum carminum origine.** Klein 8. 1835. (23 S.) M. — 50.

— — **lectiones Pindaricae.** 8. 1840. (IV, 99 S.) „ 1. 50.

— — **P. Hordeonius Lollianus,** geschildert nach einer noch nicht herausgegebenen athenischen Inschrift. 4. 1841. (14 S.) „ — 60.

— — **de interpolatore Homerico.** Klein 8. 1842. (56 S.) „ — 30.

— — **de Pinacotheca quadam Neapolitana.** 4. 1844. (12 S.) „ — 50.

Kortüm, Fr., **de societatis Atticae origine atque institutis.** 4. 1844. (14 S.) „ — 50.

— — **Geschichte Griechenlands von der Urzeit bis zum Untergang des Achaischen Bundes.** Fünf Bücher in 3 Bänden. 8. 1854. (VIII, 575 S. VI, 387 S. VI, 352 S.) „ 9. —

Schwegler, A., **Geschichte der griechischen Philosophie.** Herausgegeben von Dr. Karl Köstlin. Dritte verbesserte und vermehrte Auflage. 8. 1881. (VII, 462 S.) „ 8. —

Stark, K. B., **Gigantomachie auf antiken Reliefs und der Tempel des Jupiter Tonans in Rom.** Nebst einer lithographischen Tafel. 4. 1869. (27 S.) „ 1. —

Steup, J., **thukydideische Studien.** Erstes Heft. 8. 1881. (VI, 82 S.) „ 2. 40.

Tafel, T. L. F., **dilucidationum Pindaricarum specimen primum.** Klein 4. 1810. (IV, 37 S.) „ 1. 10.

Theocriti carmina ex codicibus Italis denuo a se collatis tertium edidit Christophorus Ziegler. 8. 1879. (XII, 200 S.) „ 6. —

Codicis Ambrosiani 222 scholia in Theocritum primum edidit Chr. Ziegler. 8. 1867. (VIII, 104 S.) „ 2. 40.

Theognidis elegiae. Secundis curis recognovit Christophorus Ziegler. 8. 1880. (VIII, 79 S.) „ 2. 40.

Typis Guilielmi Drugulini Lipsiensis.